

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Curtii
Rvfi**

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. 10

urn:nbn:de:bsz:31-103771

pareat, vtque Arrianus etiam medicinam accipiat, adscribenda sunt illius verba 2, 2, 16.
In dextro cornu montem versus peditum agmen locat, & scutatos, quibus praerat Nicanor, Par-
menionis filius. Proximum his Cani, mox Perdicce agmen: atque hi quidem ad medium armi-
orum aciem, ei qui dextro lateri præfuturus erat, adstabant. A sinistro vero, prima erant Amyn-
te copia, inde Ptolemais: proximam huc Melengri. Et quidem ad lenam Craterus, pedisibus præ-
fectus erat: tocum autem sinistrum cornu Parmenio ducebatur. Ibi quod dicitur, ei qui dextro la-
teri præfuturus erat, valde ineptus est (quoniam enim, vt ceterorum, ita huic potius nomen
edetur) sed natum ex viuenda scriptura, quam sic restituo: ἐτοι περὶ ἡτοι τὸν πελοπόννησον
οἰκιστῶν δὲ τὸ δέξιον ἀρχομένην τετταύην μετονομάσαν. Scribendum: αὐτῷ τὸ δέξιον ἀρχομένην τον
quidem ad medios ῥυγμον granis armature ordines, ipse (Alexander) dextro cornu præfutu-
ratus statuerat, eadem figura dicendi, autοι τε γεγονεις μετονομασαν, qua versu proxime pre-
cedente: οἱ δὲ ἡπτακοσίαι αὐτῷ τοις περὶ κατοπιν τοῦ πελασγον μετονομασαν. Alexander
enim in dextro cornu fuit, vi idem Arrian. mox n. 30. exserte scribit quomodo etiam
in prælio ad Granicum, Arrian. 1, 5, 7. quam aciem operæ pretium sit cum hac con-
tendere.

3,9,12. TRIGINTA ET DVO) Arrian. 2, 2, 15. Quandiu magna erat viarum angustia, angustum etiam aciem ducebat: ubi vero laxare se sinus montium coperunt (sic apposite verbis Curtianis vtitur cruditissimus interpres, sed sequentia potius ita vertam) explicit subinde cornu, alium atque alium ordinem armatorum in phalangem adduens. Porro ordines hoc loco intelligendi sunt à fronte ad tergum. series enim quælibet, in quantamcumque longitudinem porrigitur, ordo dicitur: atque ita triginta duo ordines capiendi sunt, totidem viri, qui in prima fronte aciei simul progredebantur: quos deinde ceteri seriatim ita subsequebantur, ut ordines in profundum confarent ex quingentis militibus, siquidem phalangem XVI. M. computemus. Vide Lipsii Milit. Rom. 4, 8. Ceterum Glareanus hoc loco legit: Duo & triginta, ob rationem quam promptissimus infra 3, 11, 27. ad verba triginta omnino & duo.

EQUITATVS) Qui iam ante ab utroque cornu locatus, propter angustias locum nondum occupauerat.

3, 10, 1. *CLAMOREM*) De hoc more vide prolixè differentes Camerar. subscissi. cap. 77. cent. 1. Lipsii Milit. 4, 11. Gruter. in Tacit. cap. 12. & Briffon. lib. 3. pag. 342. & Ammirat. Polit. 14, 5.

MAIOR) Diodorus 17, 33. aliter , nec sine ratione : quippe cuncta invertit, & Macedonas prius exclamasse tradit , Persas ob numerum, validius. Nostri autem echus auxilio se tuerit, cuius naturam eleganter describunt Raderio citati, Luctrius l. 4. v. 571.

*Pars solidis adlisa locis, reiecta sonorem
Reddit: & interdum frustratur imagine verbi.*

Et mox:

*Sex etiam aut septem, loca ridi reddere voces,
Vnam eum iaceret, ita colles collibus ipsis
Verba repulsantes iterabant dicta referre.*

Virgil. 4. Georg. v. 48.

- - - - - *vbi concava profusa*

Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.

¹ Idem Georg. 3, 43.

Et vox assensu nemorum ingemina

Aristoteles de anima lib. 2. c. 8. quo pacto fiat

Comment. in Curtium.

lib.3. cap.10. num.3.

efficiatur; propter *vas* definiens & prohibens ne frangatur, aer repulsius fit ut globus. Plura (verba sunt Raderi) de Echone nos ex Plinio, Aufonio, & aliis ad illum. versum Martialis l.2. epigr. 85.

Nusquam Gracula quod recantet echo.

Ingeniose Ouidius candem describit lib. Transform. 3.fab.5. De artificiois aedificiis, turribus, aliisque locis vocem redditibus, hic non ago.

3.10.3. *M.A.N.V SVOS IZHIBENS*) Leuiter de scriptura prius dicendum est, quæ variat in illis ne impensis. alii enim Codd. *nesuffensi acris*, quo loco multa Acidalius, non ad gultum meum, credo, nec aliorum. ego illam posteriorem lectionem pro genuina habeo, & expliceo in Indice. Sensus autem est, non placuisse Alexandro, properare militem, dum adhuc extra teli iactum erat, ne ante quam cominus fieret, spiritus eum deficeret. non quod eum, cum in manibus esset pugna, acri impetu cursuque in hostem irruere nolle, quomodo haec verba à non nemine accipi video. Duo itaque sunt, quæ hic notanda. prius dum aliquantum abest hostis, tardius incedendum esse, ne vires militis ante prælium itineris labor hauriat: alterum, cum prope hostem ventum est, incitatissimo cursu manum conserendam. Vtrumque obseruauit in hoc prælio Alexander; quæ res ad victoriam multum contulit. Nam qui prius quod diximus, non cauerunt, incident in omnia ea discrimina, quæ fatigatis imminent à recentibus, de quo egregie monet Vegetius 3, II. Observatus autem, ne longo spatio fatigatum militem, ne lassos post cursum equos ad publicum prælium cogas. Multum virium labore itineris pugnaturus emittis: quid facit, qui ad aciem anhelus adserens? Hoc & veteres declinarum, & superiori rei nostra etate, cum Romani duces per imperium non cauissent (ne quid amplius dicam) exercitus perdidérunt. Impar enim conditio est lassum cum requiesco, currentem cum eo qui steterit, subire confitendum. Sic apud Liuium 2,30,II. Volsci cursus & clamore fessi, quoniam se velut stupentibus metu intulissent Romanis, postquam impressionem sensere ex aduerso factam, & ante oculos micare gladios, hand fucus quam si infidias incidunt tuerbati, versunt terga: & ne ad fugam quidem satis virium fuit, quia curru in prælium irerant. Igitur Cæsar's milites dato signo quum infestis pilis procuraverissent, atque animadvertisserint non concurri à Pompeianis, vbi periti, ac superioribus pugnis exercitati, sine spono cursum represserint, & ad medium fere spatiū confitterunt, ne consumpsis viribus appropinquarent; parvoque intermissio temporis spatiū ac rursus renouato curru, pilis miserent: celeriterque vi erat preceptum à Cæsare gladios strinxerunt. de bel.Ciu. 3. 93. qui locus probe notandus est, ad confirmationem eorum quæ mox subjiciemus. Apud Appianum in Hispanicis Seruiliis (scribe Seruius Galba enim non Seruilia genit is cognomen fuit, sed Sulpicia, cui & admodum familiare prænomen Seruui) Galba uno die ac nocte quingenta stadia emensus in conspectum hostium venit, & nulla interposita mora militem labore via confitendum in aciem eduxit: atque hostes feliciter quidam feros fatusque imprudenter admodum est infectus. Nam quum ob lassitudinem sequuerat atque incomposito agmine sequerentur, barbari eos dissipatos conspicati pervices requiescerent, in ruum se se agglomerantes irruerunt, & septem millia peremerunt. Quibus adde Curionem apud Cæarem de bell. Ciu. 2, 38. & cladem Roman. ad Trebiam apud Liuium 21, 55. alias que similes permultas. Hoc igitur est quod Alexander cauit: simul vi Arrianus 2,2,30. ne nimia contentione festinationeque incassus, fluctuans phalanx dispareret: impetum autem illum committendi communis prælia adeo non inhibuit, vt etiam praeciperet. Idem enim Arrianus affirmit, quamquam eum non ceperint interpretes. locus est 22, 30. Πρῶτη δὲ ὡς κατ' Ἀλεξανδρον, καὶ αὐτὸς Ἀλεξανδρὸς ἐπὶ τῷ δέξιῳ πεπυμένῳ, σφῆμα ἐπὶ τῷ πονηρῷ ἐπιβαλλειν, ὡς τῷ τελεόντη τῆς ἴριδος ἐκπλήξῃ τὸς Πίγων: καὶ τῷ δάσος ἐχειροῖς ἀλλοττας, δίζηται πρὸς τῷ πεντοῦ βλάπτει. Vbi Interpretes perpetram:

ram: Primi qui circa Alexandriū erant, ipseque Alexander in dextro cornu subfīstens, cursu in flumen feruntur: vt ferocitate ingressus Persae percūsi, non ita prompte ad manus venientes, parum danni missis sagittis inferre posset. Vertendum fuerat: vt & ipsa impetus celeritati perierascerent, & eius cominus venientes, parum danni a sagittariis acciperent. Explicat hunc locum ex parte Florus 4, 9, 6. Similata metu adeo passus est hostem castris succedere, donec absumpio iactus spatio, adimeret sum sagittarum. Imprimis autem illa quæ notaui in Indice Iustini, voce Concurrere, quibus addit Cæsar. de bell. Gall. 1, 52. itaque hostes repente celeriterque procurrent; vt spatio pila in hostes conciendi non daretur. Liuum 7, 24, 7. nolite expectare dum stantes vos fugiant. inferenda sunt signa, & radendum in hostem. His adhortationibus iterum coorti, pellunt loco primos manipulos Gallorum &c. & Veget. 3, 14. rebemenius enim cum satu cursuque telo militantur. quem locum eo noto, vt sciatur quatuor esse caussas, ob quas citato cursu milites inferebant se hostibus: vt terrorem iis incuterent: vt proculi tela concitarentur: vt ab hostium telis minus esset periculi: vt denique citius ad gladios deueniretur. Vide Breslau en l'Anthologie pag. 87. b.

3, 10, 4. *VT CVIVSQUE ANIMIS APTVM ERAT*) Necessarium id Duci, nam in exercitu ex variis gentibus composto, quemque proprie causæ stimulam. Tacit. 2, 46, 4. Itaque eo loco Arminius equo coniustrans confla, vt quoque aduersus erat, recuperatam libertatem &c. ingerebat. Ita Antonius alias pudore & probis; multos laude & horatu, omnes spe promissaque accedere &c. ut quoque accesserat. describitur Tacito H. 3, 24. In pugna Lacedæmoniorum contra Argiuos, ubi iam confidendum erat, ibi apud singulos populos à propriis ducibus exhortationes siebant. apud Thucyd. 5, 13, 24. sic & Annibali apud Liuum 30, 33, 8. Varia adhortatio erat inter eos homines, quibus non lingue, non mores, non lex, non arma, non vestitus habitusque, non causa militandi eadem esset &c. quo in loco cum simus, obiter adjicimus, quæ paruo post intervallo leguntur, ita constituenta videri: Quom maxime hac Imperator apud Carthaginenses, duces variarum gentium inter populares, plerique per interpres inter miseros alienigenas agerent. Adde eundem Annibalem in eiusdem auctoris 21, 45, 6. Brasidam apud Thucyd. 5, 2, 9. Cyrus apud Xenophonem misit. lib. 5.

NON IPSIUS MAGIS QVAM SVO DVCTV) Ambiguam orationem declinavit in vocibus ipsius & suo, ita vt ipsius referatur ad Alexandrum, suo ad ipsos milites, hoc intellectu: Macedones tam prompte ad expeditionem Asiaticam & Persicam profectos, vt suamet iporum potius voluntate profecti sint, quam Alexandri impulsu. quo ipso declarat studium Macedonum bellandi, & iam vicitatam notamque virtutem, qua re sibi conciliauit benevolentiam exercitus, adiungit acta & agenda ab eisdem. Raderus.

3, 10, 5. *ORBIS LIBERATORES*) Mox tamen subiicit; omnibus gentibus imposituros ingum. nisi tucaris: orbem superba Persarum dominatione liberatum, iusto mitique imperio complexuros esse. Ceterum longe aliud iudicium Ennodii fuit, in vita B. Epiphanii: Pellaus princeps Alexander, quem pacatorem orbis vocatis *yanas Lyndatios*.

3, 10, 6. *VMBONIEVS PROPELLI*) Dicemus in Indice.

3, 10, 7. *PATER INVOCABATVR*) Sic Germanicus legitur prectus Drusum patrem, vt se eadem auctor, libens placuisse exemplo ac memoria confiolorum aucte operum insuaret. Tacit. 2, 8, 1. Quamquam hic loci vocabulum inuocandi non aliter ceperim, quam pro aduocare. aduocabat eum exemplo, res eius gestas memorando, vicitatissimo ciusmodi hortationum loco, à maiorum præclare factis, maxime si qua recentia sunt, animos militum extimulandi.

VRBIS)

VRBIS) Thebarum. Vide supplementum: vbi & de Granico, aliisque ad explicationem huius capituli facientibus.

3,10,8. *AD MONEBAT*) Glossema. Totus locus sic omnino fuit à Curtio conceptus: *Quam a. Gracos; ab iis g. i. G. bella; Darij prius, d. X. insolentiam, aqua. i. t. p. u. n. f. b. n. s. c. relinquerent: deum tem. r. e. ignibus deieca: urbes e. expugnatae; f. b. d. i. violata referebat. nam ab hoc ultimo verbo superiora membra omnia sus-*tinuntur.

AQVAM IPSAM, TERRAMQUE POSTVLANTIVM) Nobilis hic locus, & diuersis Criticorum argutiis indigne habitus. Cum enim Modius nescio quo in codice reperisset *poscentium*, eam lectiōnem arripuit: sed de tributo pro aqua & terra soluendo interpretatus est. quem co nomine recte reprehendens alius, feruore disputationis eo prolabitur, vt veram quoque sententiam peruerat, & reten-*to populantium*, ridicule exponat de fluuiis, quos ab exercitu Xerxis siccatis esse pro-*diderunt*. Nihilo tamen secūs in sententiam pertraxit Raderum. At istam interpre-*tationem multa destruunt*: primo quod Darii & Xerxis coniunctim meminit, cum de priori exercitu tale nihil memoretur; deinde quod hoc adscribit *insolentiae*, quam certe nemo agnoscat in iis quae necessitatibus causa fuit. nec enim Xerxianos quisquam, *insolentiae* magis ergo, quam per sitim cibisſe flumina arbitretur. præterea subiect non fluminatio erupta, quod oportuerat ita intelligentem, sed *fontium haſtus*: vnde clā-*rum*, non de illis aquis intelligi, ad quas exſiccandas ingenti exercitu opus esset, sed quibus incole quotidie in potu vterentur. Quas quidem solitosque cibos, ea postu-*latione* eruptos esse, non ex vero dicit, sed accedit rem interpretando, & ad inuidiam faciendam exaggerat. Pizarus lib. 2. Hist. Pers. quem in hunc locum etiam incidiſſe video, cum se inde non explicaret, nouam sententiam commentus est, Persas popula-*tos esse fontes, inficiendo*. Sic enim colligo ex his verbis, vbi cauſas huius belli enu-*merat*: *Alter, ad eos oppugnandos, Mardonium reliquit in Gracia* (hæc est Curtio 4, 1.) *vt absens quoque popularetur urbes, atque agros rreret, ipsamque aquam inficeret, adeo ut neque fontium haſtum, nec solios cibos relinquere*. Fortiffimum autem argumentum est in ipso more atque historia. Haud enim dubium est, quin de more Persico ter-*ram & aquam petendi* senserit Alexander atque Curtius. quapropter verissimam esse scripturam, quam Florentina aliaque edd. & iam nostra, proferunt. Vide quæ de isto more Persarum notarunt Brisson. lib. 3. p. 330. & ex eo, vt puto, Arniseus de Rep. 2,3,5,6. quibus adde Aeschinem contra Ctesiph. & ex Aristidis Panathen. præter locos a Brifſo-*nio citatos, eum quoque, quo tradit Xerxes iterum Salaminem ad Atheniensē misisse, aquam & terram, vt antea petitum. Item Himerium in orat. qua Demosthenem inducit de reuocando Aeschine consultantem, apud Photium. Tum Polyb. 9,32. vbi de Lacedæmoniis, legatum qui ea de cauſa venerat, in puteum detrudentibus, & terra in-*super iniecta iubentibus, Xerxi ut referret, consecutum se quæ petere ipsum nunciaue-*rat, aquam & terram**. Hæc igitur est ista *insolentia*, quæ non tantum Alexandro indi-*gna, sed Atheniensibus atque Spartanis adeo intoleranda visa est, vt potius ius gentium violandum, quam istam superbiam perferendam putarent*. Per aquæ autem & terræ petitionem, absolutam dantum dedicationem significabant, tanquam rerum ad huma-*nam vitam maxime necessariarum, quod pulchre indicat Taxiles apud Plut. Alex. c. 103. Quem neque aquam nobis ademptum, neque rictum necessarium reveris. pro quibus solis recesse habent homines sani decertare*. Eiusdem Plutarchi errorem, quod in libello de vi-*tando ære alieno, subiunxit, Persas ignem & aquam petuisse, refutat Rualdus animaduersione L. in Plut. vbi & hunc locum Curtii sic legendum esse ait, quomo-*do nos edimus*.**

O

TEMPLA)